

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXXXIII. Firmana fideicommissi de Fulchis. De eadem materia
prælegati eadentis necnè sub fidei commisso universali, sive sub
particulari omnium bonorum stabilium; Et quando dicendum non sit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

DISCVRSVS CXXXIV.

313

Six decem vel quinque invenientur, quae percutians casum præcūsum, sive ad illum adaptentur.

Eoque magis, tam occasione istius controversie quam plurim, ac plurim sub eodem articulo cadentium, advertebam dictam circumstantiam causare quidem conjecturam efficacem pro statuenda regula, dum ita nostris majoribus vīsum est, non autem necessariam, quia cum in haec Dītione sit stylus præmittendi legata, omnēsque alias dispositiones, demum vero in fīe adiiciendi hereditatis institutionem, ac substitutiones, & fideicommissa, hinc prōinde ista verba in omnībus aliis & vel similiā provenire videntur potius a quodam stylo Notariorum, quam à certa discreta voluntate testatoris, ideoque de facili admittenda est libertatio.

Applicando igitur ad rem; Pro hujusmodi prælegatorum inclusione plura facere videbantur; Primo scilicet, quod bona in eis contenta essent insignia & meliora, ut in specie ceteris relatis advertitur apud Buratt. dicta decisi. 168. numer. 13. Secundo quia absorbere videbantur notabiliter partem hereditatis ex plenē deductis per Hone- ded. dicto conf. 71. numer. 17. & sequen. cum aliis per Fusar. dicta quest. 650. numer. 74. cum sequen. Buratt. dicta 847. numer. 10. Tertio quia prælegata facta fuerunt iure institutionis, ex deductis per eundem Hone- ded. dicto conf. 71. numer. 27. & 28. Fusar. dicta quæst. 650. numer. 88. Rota dec. 646. num. 8. par. 4. rec. Quartò quia in prælegato facto Bartholomaeo testator dicit facere in executione assignationis facta in vita pro eius parte & portione, unde proprieτà hereditatem magis quam legatum importare videatur Hone- ded. dicto conf. 71. num. 17. cum sequen. Buratt. dicta decisi. 847. num. 10. Et quanto quia prælegata procedunt, substituto autem quæ subsequitur indefinitè facta est ipsi personis, ut latè deducit Hone- ded. dicto conf. 71. num. 10. cum seqq. & num. 14. cum sequen.

Econversò autem pro exclusione concurrebant; Primo dicta vehementer conjectura resultans à verbis exceptivis, in aliis autem bonis &c., in institutione contents; Secundò ex oneribus particularibus que iphi prælegatis expresse adjectis, unde resultare videtur argumentum, quod quando testator in his bonis gravare voluit dixit, ergo noluit id quod non dixit; Tertiò quia in pluribus ordinationibus & præceptis, occasione privandi contravenientes, contradistinxii hereditatem à prælegatis; Quartò quia, substituendo in causa contraventionis, pariter eamdem contradistinctionem adhibuit; Quintò ex deficiencia illarum conjecturarum, & circumstantiarum, quæ pro inclusione prælegati ponderari solent apud Hone- ded. conf. 71. & alios relatios per Fusar. dicta quæst. 650. & per Rot. dicta decisi. 646. par. 4. rec. & apud Buratt. dicta dec. 847. & alios; Et quintò denum fortius, quia fati dubitari poterat, an fideicommissum universale duraret, cum reciproca præfertim de linea ad lineam in ulterioribus descendentiis, ob defectam conditionem substitutionis per mortem heredum cum filiis juxta celebrem decisionem Oldrai conf. 21. Quicquid enim esset de hoc puncto, super quo utpote non requisitus maturum judicium non efformavi, neque aliquod responsum dedi; Adhuc tamen ponderabam, quod ubi eriam ex conjecturis probabilius dici posset istud fideicommissum universale adesse, adhuc tamen cum non esset expressum sed conjectuale, ita esset nimium multiplicare presumptioniones

Cardin. Luca de Fideicom.

contra vulgarem regulam, quæ licet verè & propriè procedat, quando agitur de presumptionib; æquè principalibus, non autem quando una venit in consequentiam alterius, ac potius tantum ejus effectus, Attamen negati non posse observabam, quin exinde resultaret aliqua conjectura cum aliis conjungenda, cum consueta regula, si singula quæ non profunt, &c.

Et ex his quæ mihi videbantur esse magis specialia, ideoque præponderantia aliis supra in contrarium ponderatis utpote magis generalibus, pro meo sensu inclinabam potius in negativam, ex eo præsertim quod saltem negari non posset, ita hæc reddi probabiliter dubia, stante propositione, quam hodie nimis frequentem ac receptam habemus toties per Rotam firmatam, ut in dubio, ex regula quæ pro libertate facit, pro exclusione oneris, ac fideicommissi respondendum sit; Infinuabam tamen hæc pro solo meo sensu seu iudicio, de quo tantum in hujusmodi conjecturalibus materiis respondere conceditur, & in quibus stultitiae species videtur, certum ac determinatum respondunt dare pro veritate, dum ob ingeniorum nimiam varietatem, ac fortius, quia ex tot diversis decisionibus, atque Consilientium præsertim diversitatibus, ista materia adeo involuta est, quod volentes sublinere solem in media nocte adhuc auctoritates desuper habeant, vel eas deducere possint, Vnde propterea è magis proprium genium consoendo, in ea persisto opinione, quod ista præsertim fideicommissaria materia in ratione discursiva, seu ratiocinativa pro facti qualitate tractari debeat, principaliiter insistendo super iudicando substantiam verisimilis voluntatis.

FIRMANA FIDEICOMMISSI DE FVLCHIS

PRO

CAROLO FVLCO.

CVI

FRANCISCO MORO.

Cusus varie dicisis per Rotam.

De eadem materia prælegati cadentis necne sub fideicommisso universali, sive sub particulari omnium bonorum stabilium; Et quando dicendum sit, non prælegatum distinctum à fideicommisso, sed potius quod importet quamdam maiorem portionem unius ex vocatis ad unum, & idem fideicommissum.

Dd

5VMS

S V M M A R I V M.

F. All series.

- 2 Quod in fideicommissis non attendatur duplicitas vinculi, sed consanguinei tantum succedant cum fratribus utrinque.
- 3 Quod legatum domorum ad habitandum importet legatum proprietatis in perpetuum non autem solius habitationis.
- 4 De resolutione causa ejusque fundamentis.
- 5 Renuncians liti non censetur renunciare causa remissive.
- 6 Quod transactio extinguit non solum litem, sed omnia iura, omnesque actiones.
- 7 Renunciatio in bonis non ex auctoritate ad extraneos intelligitur durantibus personis capacibus.
- 8 Transactio capit solum ea, que sunt deducta in litem.
- 9 De fundamentis resolutionis causa.
- 10 Quod de isto decisiones Rota sunt presupponende.
- 11 Quando legatum ad habitandum importet legatum ipsius domus in proprietate, vel sola habitatione.
- 12 Decisiones Rotae non attenduntur in iis, qua obiter dicuntur.
- 13 Quod prelegatum non sapat sub fideicommisso, si in situo fiat in alius bonis.
- 14 Contrarium isto casu quid prelegatum veniat, & de ratione.
- 15 De circumstantia, ob quam prelegatum veniat, immo quod verè non sit prelegatum, sed quadam pinguior portio.
- 16 Quid importent verba ad memoriam &c.

D I S C . C X X X I I I .

Sllentius Fulcus de anno 1561, in ejus testamento ordinato cum forma servari solita in Urbe & Statu Ecclesiastico, disc. precedenti insinuata, premittendi, scilicet omnia legata, aliasque dispositiones, in fine vero adiuncti i institutionem hæredis, reliquit Fulco filio primogenito Horatio ejus fratris domos ac professiones existentes in Terra S. Victoria patria originaria, scù domicilia, sub conditione continuò, diu nocteque dicas domos habitandi, quod si facere noluerit vel non potuerit, voluit quod d'æ domus & possessiones sint ipso jure Marci Marini alterius filii ejusdem Horatii, cum eadem conditione; Et si pariter iste noluerit, vel non potuerit, sint Marcelli alterius filii cum eadem conditione, subjugendo deinde haec verba præcisa, Et hoc relatum sit ad favorem habitatoris domorum dicti testatoris &c. Deinde verò cum consueta formula in omnibus restandibus bonis hæredem instituit dictum Horatium fratrem, cui substituit præfatos tres filios, & omnes alios masculos ab eo nascitos cum reciproca inter eos in portione decedentis sine filiis, injungendo deinde dicto Horatio & ejus aliis masculis prohibitionem vendendi, alienandi, & permutandi bona stabilia, dictaque prohibitioni annexando haec verba præcisa, Sed illa perpetuò remaneant ad memoriam testatoris & substantiationem familie Fulcorum, & in cau contraventionis possessionis vel domus permuttere & vendita per unum, tam de hæredibus quam de legato factu ad favorem habitatorum revertatur ad alium coheredem non alienantem &c. Cum autem exorta esset controversia super reliquis bonis hujus hæreditatis, an scilicet ad esset fideicommissum successivū ad favorem filiorū

superstitum ex dictis filiis Horati, vel potius substitutio per eorumdem sūtorum cetera evanuisse juxta cons 21. Oldrad. introducuntur in Rota coram Pampilio de anno 1601, dicuntur decisiones firmantes dictum fideicommissum deductum ex dicta ratione alienatione probitioni adjecta, ut patet ex decisionib 44 & 45 par. 1 rec. Exhorta quælia controversy super conculta in hac successione inter fratres in uno fratri defuncti, super unicitate vel duplicitate vinculi, an felicitat frater consanguinei concurrent cum fratribus utriusque corporis de anno 1604 coram Peña, prodit resolutio rabilis consanguineis tantum cum prædicti dicti fideicommissi, ut patet ex dicti, inter Peña 1138. revisa & confirmata coram Officio anno 1646. inter suas decis 91.

Hoc autem medio tempore, defundit Fulco primo prælegatario, superfundit & c. etus Marcellus alter ejusdem Fulchifatus, tendens factum esse locū dicto legato ad ejusmodum illudque terminatum esse cum persona Falchi, dicimus contra istius filios instituit. Et in causa in Rota coram Merlino de annis 1626 & 1627 duæ prodierunt decisiones firmantes dictum prelegatum non importare talem habitationem tanquam speciem servitius cum persona legitimantem, sed importare ipsorum bona proprietatem cum onere habitandi, item ad proprios filios transmitti potuisse, ex parte decisionibus desuper editis inter illas Merlini 380. & 408. Denum verò mortuo loquacissimo ex filiis dicti Falchi, scripto hæredi Francisco Moro, Carolus dicti Marcelli filius est possessionem, tam bonorum hæreditatis dicti testatoris, quam etiam eorum quælibet sub dicto prælegato.

Et introducta causa in Rota coram Merlino sumptaque disputatione in summarissimo processorio manutentionis, sub die 23. Ianuarii 1669, favorem Caroli responsum fuit, sed concessa audientia, & reproposita causa coram Iuris monte subrogato, mandatum fuit videlicet de hære jure, super quo assumpta disputatione, sub die 23. Junii 1669, pro Francisco hæredi responsum ex duplice fundamento; Primo scilicet, quod prælegatum per Fulcum primum prælegatum ab illo alio onere transmissum fuerit ad spades, ipso onere cum ejus vita terminata permanens in dictis decisionibus 380 & 408. Merito. Et secundò ob oblatum cuiusdam traditionis initia de anno 1650, inter dictum Iosephum Franciscum auctorem, ac dictum Carolum & fratrem sati Marcelli filios nominatum super dicta hæredes legati agitata coram Merlino, ac super alii dicti, adversus quam resolutionem conciliata audientia pender revisio.

Istud ultimum fundementum videamus, facti quam juris, super intelligentia felicitate & ratione dictæ transactionis, circa quam dicta procedit, cum generalibus, quod translatum in natura, non solum exigit item, certum & non causæ suffice renunciam ex hac posse dicebar, ex propositione, de qua prædicti de beneficiis, quod renunciants liti non cetera renunciare causæ, sed quod exigit eum omnia iura, omnesque actiones juxta generaliter dictus in cap. 1. de transacti. & 1 fratres Col. edicti & concordant. apud Merlin. dictis 854. Greg. da. 21. passim.

Mihī vero scribenti pro Carolo ista generalitas non placet, quamvis neque placet altera generalitas, quam tanquam Advocatus deducbam, ut renunciatio litis non importet renunciationem causas ut supra, sed præsupposito, quod istud prælegatum caderet sub fideicommissio ut infra, credebam tēcē intrare theoricam Bart. in l. qui Romās. duo fratres ff. de verborum obligat. num. 24. de qua ceteris relatis per Rotam decis. 186. par. 3. rec. cum aliis de quibus plures sub tit. de renunciata. & sub tit. de emphyteus. disc. 53. & alibi, quod scilicet ubi fit renunciatio vel transactio super bonis differentibus ad extraneos hæredes non transmisibilibus inter personas capaces, quarum una alteri cedat, intelligendum est favore ejus, eorumque successorum capacium, & non aliis.

Ac etiam quia cum pro meo sensu non fuisset inter dictas partes super puncto libertatis bonorum, & an bona cadentia sub prelegato, veniret necnē sub fideicommissio reciproco, sed fuerit super solo puncto, an dictum prælegatum consisteret in iporum bonorum substantia & proprietate, ita ut at prelegatarii filios transmitti potuerit, vel potius contineret simplex legatum habitationis cum vita extinctum; Hinc proinde super hoc transactum fuit, ex recepta regula, quod transactio restringitur ad ea quæ in item deducta sunt, quoties nimia amplitudo verborum vel aliæ facti circumstantias non inducent implicitam donationem, vel pactum de non potendo circa aliæ extra item existentia, juxta ea quæ super hujusmodi regula ac limitatione respectivè habentur sufficienter deducta in Romana sēi Perusina bonorum sub tit. de feudi disc. 47. ubi allegantur deducta per Gregor. & Add. decis. 18. decis. 129. par. 10. num. 8. & decis. 217. num. 19. & seqq. par. 11. rec. & paſim. Possum enim simul stare, ut retento præsupposito fideicommissi, & compræhensione hujus prælegati sub eo, idem prægatum potius pertinet ad filios & descendentes dicti primi prælegatarii, neque transitum faderet ad alias lineas, nisi ista terminata, ut infra, & tam non per hoc resularet libertas cum facultate transmittendi ad extraneos.

Et propterē cum lis fuisset, magis super pertinencia, quam super existentia seu substantia fideicommissi, hinc propterē non bene ex dicta transactione inita super pertinencia inferri poterat ad substantiam seu existentiam de qua non fuit formiter disputatum, Ideoque obserabantur hujus transactionis interpretationem, seu istius puncti decisionem, pendere ab altero super negotio principali, in quo si fideicommissum non adest, frustra querere oportet de transactione, sed si adest, reflecere videbatur parum tutu.

Quatenus igitur pertinet ad dictum punctum comprehensionis istius prælegati sub fideicommisso universali totius hæreditatis, vel saltem omnium stabilium duo deducebantur fundamenta perscribentes pro dicto hærede extraneo, & per Rotam in dicta decisione canonizata; Primo scilicet consistens in regula generali, de qua in duobus disc. 1. & 2. proxime precedentibus, quod cum præcedente prælegato, institutione concepta esset cum verbis restrictivis in omnibus restantibus bonis; Idcirco ob ista verba restrictiva, prælegatum non veniat sub fideicommisso ipsi institutioni adjecto; Et secundo principaliter ob firmata in dictis decisionibus 300. & 408. Merlini, quod scilicet istud prælegatum considereret in iporum bonorum substantia, &

Card. de Luca de Fideic.

proprietate, non autem in simplici habitatione; Cumque in eisdem decisionibus insinuetur, quod propterē tale legatum cum persona legatarii non extinctum transmitti potuerit, hinc infertur istas decisiones esse præsupponendas, & non posse impugnari vel ad controversiam deduci, aut contra eas resolutionem capi, ex eisdem Tribunalis receptissimo, & quidem commendabili stylo præsupponendi resolutiones, illasque non revocandi incidenter sub disputatione diversi dubii, sed non nisi cum disputatione dubii particularis, an effec standum vel recedendum à decisio-

Resolutio, reflecendo ad solam veritatem, non captivavit intellectum; Quatenus enim pertinet ad hoc secundum fundamentum, non negabam dictum assumptum, ex receptissimo stylo Tribunalis resultans, quod decisiones editæ super uno dubio vel puncto, in disputatione alterius dubii vel puncti sunt præsupponenda, Negabam tamen applicationem ad casum, quodque punctus non esset decisus circa libertatem hujusmodi bonorum, ac transmisibilitatem ad extraneos, cum de hoc non fuerit formiter disputatum, ut clare comprobaret contextus ipsarum decisionum, ex quibus liquet, disputationem fuisse, an ageretur de simplici legato habitationis jure servitutis personalis; Atque in hoc bene dicitur, quod percuteret ipsorum bonorum proprietatem seu substantiam juxta distinctionem, de qua præsertim sub tit. de servit. disc. 66. inter triplicem speciem legandi, quod scilicet Aliud est legatum domus ad habitandum, Aliud vero legatum habitationis domus, Et aliud legatum facultatis habitandi, ut primo casu veniat ipsa domus in proprietate cum solo onere habitandi cessante cum persona juxta superiorius deducta in Romana fideicommissi de Corinis disc. 121. In secundo autem importat formalem servitutem cum jure etiam locandi vel aliæ durante proprio iure concedendi habitationem domus absque mixtura hæredis; Et tertio importat simplicem facultatem habitandi mere personalem, ac alteri non cessibilem, atque isto casu vere erat juxta primam speciem ob mixturam præterim aliarum possessionum & domorum in eodem Oppido; Sed non exinde inferri potest ad bonorum libertatem, eorumque non inclusionem sub fideicommisso, dum eo etiam posito, recte subsistere possunt dictæ decisiones Merlini ad favorem filiorum & descendantium dicti primi prælegatarii, tanquam de linea prædicta, contraria alios quamvis de genere vocato, de linea in hoc prælegatos minus dilecta & subsidiariè vocata; Et propterē advertebam intrare propositionalem in eodem Tribunali receptissimam & quotidianam, quod decisione Rotæ dicuntur talis in iis punctis, qui principaliter disputati fuerunt, atque caderant sub dubio, non autem super iis que incidenter ac puncto principaliter non disputato ad alium effectum obiter dicuntur, ut plures hoc eodem sit, ac alibi advertitur.

Hinc proinde, totus disputationis cardo pro meo sensu consistebat in ipso articulo principali, an scilicet sub fideicommisso universali caderet necnē istud prælegatum; Et in hoc, quando ageretur de sola substitutione reciproca expressa ac disposita ordinata in ipsa institutione Horatii primi hæredis, occasione substitutionis sibi factæ ad favorem ejus filiorum masculorum, admitembam quod obstat et dicta regula resultans ab illis verbis restrictivis in omnibus aliis, sive in omnibus restantibus 13 &c. ut advertitur in duobus discursibus proxime præ-

D d . denit.

dentibus; Licet enim pro meo sensu ex quibuscumque etiam levibus conjecturis illius regulare linea-
tio de facili admitti debeat, cum in effectu ista sit
verborum formula resultans magis à stylo seu for-
mulario Notariorum, quam quod denotet discre-
tam voluntatem testatoris. Atamen quia placuit ita
dictam regulam firmare, quiesceat aliae conjecturæ
non urgenter, admittet etiam cum illa procedendum
esse ut advertitur disc. praecl.

Verum quia eadem Rota coram Pamphilio usque
ab anno 1601. firmavit ad eius alterum fideicom-
missum magis amplum, implicitè deductum ex di-
cta ratione, præcipaliter ac disjunctivè adjecta pro-
hibitioni alienationis bonorum stabilium, ita ut re-
sultaret limitatio regulæ resultantis ex vulgari dec.
Oldradi conf. 21, unde filii in conditione positi, non
solum non facerent deficere conditionem, sed cen-
serentur etiam vocati & gravati cum successivo fi-
deicommissio juxta dictas decisiones 44 & 47. par. 1, rec.
14 præsuppositas in dictis aliis decisionibus 1138. coram
Penia & 91. coram Othobono, quas juxta eundem
stylum de quo supra præsupponere oportebat.

Hinc proinde istis decisionibus retinetur, dicen-
dam per neccesitatem resultare inclusionem istorum bo-
norum sub hoc eodem latiori implicitè fideicom-
missio deducto ex dicta ratione perpetuae conserva-
tionis bonorum ad memoriam testatoris, ac sub-
stantiationem familiæ fulcorum, dum dicta ratio seu
dispositio, ut pater ex verbis supra registratis, aque
percutit reliqua bona cadentia sub hereditate uni-
versali, ac ista cadentia sub prælegato, ideoque nulla
videbatur subesse ratio, ob quam in unis, & non
in aliis fideicommissum resultaret, ex vulgari axio-
mate, quod una & eadem dispositio respiciens plura de-
terminabilia debet omnia parvimoniter determinare, ac
propter ea quod, vel debebant revocari dictæ deci-
siones, vel quod eis præsuppositis, per neccesitatem
dandum esset fideicommissum etiam in istis bonis.

Quinimò observabam, nimium claram videtur
hujus testatoris voluntatem sub dicto fideicommisso
magis ista bona quam reliqua includendi, nedam
quia, ut in facto supponeretur, erant majora & me-
liora, sed etiam quia erant in patria, & in quibus
magis ejus memoriam conservari voluit mediae
habitatione continua unius de familia, unde pros-
sus absconduce ac improbabile videbatur, quod reliqua
bona minoris qualitatis in exercitis locis existentia
deberent conservari in familia & sub fideicommisso
ordinatio ad conservandam testatoris memoriam,
ac familie honorem, & quod ista meliora & exis-
tentia in propria patria, præsertim antiqua domus
propriæ habitationis transire possente vel deberent
ad penitus extraneos.

Et propter ea, verus ac germanus hujus disposi-
tionis intellectus mihi videbatur, quod istud vere &
propriè non esset prælegatum contradistinctum ab
hereditate, à qua formiter abscissa essent bona sub
eo comprehensa, sed esset solum quedam destina-
rio præcipua ac privilegiata portionis, quam habe-
ret primogenitus, seu ille, qui caput domus figura-
ram facturus esset in patria, habitatus domos cum
subsilio aliorum bonorum relictorum correspondi-
vè ad ipsam habitationem tanquam per quendam
speciem majoratus ita grossolano modo explicati,
dum sibi dixit istud esse legatum ad favorem ha-
bitatorum &c. & sic quod revera non intrarent
dicti termini generales super quæstione prælegati
cadentia sub fideicommisso necne.

Quodque illa verba ad memoriam testatoris, præ-
ferant contemplationem agnationis cæteris rela-

tis Res. dec. 531. num. 9. & dec. 574. num. 10.
Giovagnon. conf. 36. lib. 4.

R O M A N A F I D E I C O M M I S S I D E C A E S I S

P R O

D O M I T I L L A C A S I A

C V M

D V C E S I L I C I S.

Casus decisus per Rotam pro Due, &
concordatus,

An, & quando fideicommissum cum
bona propria hereditis, velib[us] proprio
competentia; Et quando
testator gravare possit hereditatem
bonis proptiis; Et quatenus per
quando censeatur voluisse,

S V M M A R I V M.

- 1 F Adi series.
- 2 Decisions causa.
- 3 De punctis cadentia sub dispositio.
- 4 An secunda dispositio censetur facta in vestitu
prime, seu promissione de faciendo, velbus
diversa remissive.
- 5 Promissio de donando, an importe donacionem.
- 6 Concedens, vel promittens annuum redditum
concedere vel promittere tot bona, quatinus
dignum præbeant.
- 7 Sub prohibitione detractionum, quenam venient.
- 8 De eodem, & quando veniant etiam illa, que
non venient.
- 9 Quomodo hic punctus dicti decidit.
- 10 Donatarius non potest retrodonare, sed ab in-
re donationem contemplatione matrimonii,
num. 12.
- 11 De materia captioris, & num. 13.
- 12 Declaratur conclusio, de qua num. 10.
- 13 De eadem materia captioris.
- 14 Testator potest disponere de bonis hereditis,
gravare in bonis propriis.
- 15 Sed hac voluntas non presumitur.
- 16 De limitationibus, seu moderationibus cedula
qua num. 14.
- 17 Quando clarus intret conclusio, de qua
num. 14.

D I S C . C X X X I V .

C ontemplatione matrimonii contrahendit
Federicum Casium, & Puleheram Po-
nam, promisit Cardinalis Petrus Donati
derici patrum de anno 1579. effaciere devo-
nem tot bonorum, quæ darent annum redditum
securorum 3. m. cum obligatione efficiend. In
eiam donationem per duos meiples antequam man-